MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE

Klosterneuburg, um 1300/1460 — Seite 308r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et quomodo descendet ymber et nix de celo et illuc
ultra non revertitur sed inebriat terram et infundit
eam et germinare eam faciet et dat semen serenti
et panem comedenti. sic erit verbum quod egre
dietur de ore meo dicit dominus omnipotens. Tr.
Attende etc. V. Deus qui ecclesiam t. Tr. Sicut
R. E. S.: In vig. pasce ad colosen. || cervus.
Si consurrexistis cum Christo: que
sursum sunt querite. ubi Christus est
in dextera dei sedens. Que sursum
sunt sapite. non que sunt super terram Mortui enim
estis: et vita vestra abscondita est cum Christo in deo.
Cum enim Christus apparuerit vita vestra: tunc et
vos apparebitis cum ipso in gloria. S. Mathm.
Matth. ii. Vespere autem sabbati que lucescit
in prima sabbati. venit maria magdalena et altera
maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus
factus est magnus angelus autem domini descendit de celo
et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum.
Erat autem aspectus eius sicut fulgur. et vestimen
tum eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti
sunt custodes et facti sunt velud mortui. Respon
dens autem angelus dixit mulieribus Nolite timere
vos Scio enim quod ihesum qui crucifixus est queritis